

**PARS II.**  
**DE SUCCESSIONE AB INTESTATO.**  
**CAPUT I.**  
*De Successione ab intestato Civili.*

**S**uccessionem Testamentariam excipit Successio ab intestato; cujus præcipua species est *Legitima* seu *Civilis*, in primo statim cap. ex præscripto Juris Novissimi summam explananda.

**SECTIO I.**

*De Natura, Origine, & Probatione Successionis Civilis.*

SUMMARI A.

1. Successio ab intestato denominatur. 2. Substituuntur varii modi, quibus intestatus quis censetur. 6. & seqq. Afferuntur & explanantur hujus Successionis descriptiones. 12. & seqq. divisione. 14. & seqq. Illorum argumenta, quæ Successionem ab intestato Juri Civili originaliter adscribunt. 17. & seqq. Argumenta opposita. 21. & seqq. Solutiones priora. 24. & seqq. Ostenditur latè, quis & quid probare debeat, quando petitur Successio ab intestato.

§. I.

*Quid sit Successio Civilis; & quotuplex?*

- S**uccessio ab intestato nomen ex eo desumpsit, quod deferatur in casum, quod aliquis intestatus, seu sine Testamento decessit ex hac vita. Id, quod diversimodè solet accidere.
- I. si quis, cum potuisset, nullum fecerit Testamentum pr. Inst. de Hered. que ab intest. l. intestatus 1. in pr. ff. de Suis & legit. II. si quis Testamentum fecerit, sed invalidum ac nullum d. pr. Inst. III. si quis Testamentum validum ordinaverit, sed illud ruptum, aut hæredes destitutum fuerit d. pr. Inst. IV. si quis, cum voluisset, Testamentum condere non potuerit d. l. intestatus 1. in pr. ff. de Suis & Legit. Prænobilis & Clariss. D. Franciscus Ignarius de Wolleren &c. in Quæst. select. Salisburgens. q. 3. d. num. 52. Stryck in rr. de Success. ab intest. dist. 1. cap. 1. §. 20. 24. & seqq.
- Describi potest Successio ab intestato, quod sit jus acquirendi hæreditatem, citra expressam hominis voluntatem, à Jure Civili immediatè delatum.
- Dixi I. *ius acquirendi hæreditatem.* Ubi proponitur convenientia Successionis testamentariæ & ab intestato: nam utraque tribuit potestatem, hæreditatem, seu universum patrimonium, quod penes defunctum erat, capiendi.
- Dixi II. *citra expressam hominis voluntatem.* Ubi recludit differentia Successionis testamentariæ & ab intestato: eum illa supponat
- prævisionem dispositionem hominis, de cujus successione agitur; hæc nullam ex num. 1. & seqq. Quodsi defunctus codicillum reliquerit ab intestato, adhuc locus est Successioni ab intestato: eum hæredes ab intestato, juxta ordinem, à Lege præscriptum, censeantur esse rogati, ut, Trebellianicâ detractâ, legata & fideicommissa relicta exolvant l. conficiuntur 8. §. 1. l. ab intestato 16. ff. de Jure Codicill. Quin & hæredes fidei commissarii creduntur ab intestato succedere, si defunctus ordinem succedendi non præscriperit in codicillo; sin ordinem præscriperit, erit Successio utilis ex Testamento, Stryck in rr. de Success. d. l. §. 21.
- Dixi III. *à Jure Civili immediatè delatum.* Ubi per Jus Civile intelligitur Jus Civile in specie, quatenus distinguitur à Prætorio, Statutario, Consuetudinario &c. & simul differentia Successionis Civilis à Prætoria, Statutaria &c. subindicatur.
- Dividitur Successio ab intestato à modo succedendi in eam, quâ succeditur in capita, & illam, quâ succeditur in stirpes. In capita fit Successio, quando tot sunt portiones hæreditariæ, quot sunt capita, seu hæredes & personæ succedentes. In stirpes fit Successio, quando hæreditas non dividitur juxta numerum capitum, seu hæredum & personarum succedentium, sed tot sunt portiones, quot sunt stirpes seu linæ & gradus succedentium.

§. II.

§. II.

*Solene Juri Civili hæc Successio sit adscribenda?*

- E**X dictis inferendum videtur, quod Successio ab intestato, quam tractamus, soli Juri Civili sit adscribenda: quippe cum Lege Civili immediatè deferatur, & ideò legitima vocetur l. legitimam 8. ff. de Heredit. petis. l. post consanguineos 2. §. 4. ff. de Suis & Legit. hered. Accedit, quod, si Naturale Jus Successionem ab intestato diceret, hæreditas multoties obveniret personis indignis, immeritis, ac defuncto, qui reliquit hæreditatem, planè ingratas. Adhæc non parvæ & paucæ quandoque lites orirentur, quisnam ex pluribus propinquis defuncto succederet: eum quilibet præsumptam defuncti voluntatem, illiusque propenium in se affectum allegare posset. Itaque cum aliis censet Vasquius Illustr. quæst. lib. 3. cap. 10. n. 2.
- Verùm à Jure Naturali primitus, in thesi saltem, ordinatum, & à Jure Civili postea determinatum, ac dilucidius in hypothesi explicatum credo, quod, si intestatus quis decedat, bona ad liberos, & dehinc ad proximos cognatos devolvantur. Grotius de Jure B. & P. lib. 2. cap. 7. §. 3. Struv. exercit. ad pand. 38. th. 3. Miller ibid. l. a. & b. P. König ad tit. de Success. ab intestato n. 4. Textus luculentus in l. ult. Cod. Quar. Bonor. ubi Imperatores Arcadius & Honorius ipsemet fateantur, quod consanguineos prudentium omnia responsa, & lex ipsa Naturæ Successores faciunt.
- Ratio est: quia dominii tanta est vis, ut etiam in casum mortis, expressâ domini voluntate, possit in alium transferri, juxta part. 1. cap. 1. à num. 22. Ergo etiam tanta est vis, ut voluntate tacitâ similis translatio fiat. Atqui in casu, quod dominus ab intestato moritur, adest voluntas tacita, hæreditatem ad liberos, aut, in eorum defectum, ad propinquos viciniore transferendi: nam ex centum vix unus invenitur, qui velit hæreditatem suam post mortem fieri vacantem, ac primo occupanti, etiam nequissimo, cedere, sed potiùs liberos & amicis archibus quilibet suum patrimonium quasi prælegasse jultò præsumitur, ut, qui vivus illis benefecerit non poterat, benefaciat post fata, sulque memoriam apud posteros efficiat immortalè. Confirmatur. Si pater ab intestato moriatur, & plures relinquat liberos, è quibus nec unus tantæ sit ætatis vel dexteritatis, ut sibi de victu, potu, aliisque necessariis providere valeat: an non ratio naturalis imperat, ut relicta substantia paterna cedat liberis? An non ergo repugnat æquitati naturali, dicere, quod bona paterna fiant vacantia, ac cuiusque, qui primus occupaverit, cedant? Certè si legitima, quatenus continet alimenta necessaria, Juris Naturalis est, debetur liberis ab intestato & ex Testamento paterno; nec aliunde desumitur, quam ex bonis post mortem parentum relicta. Ergo debetur liberis saltem aliqua portio ab intestato. Ergo Successio ab intestato saltem in aliquo sensu est Juris Naturalis.
- Nec urgent opposita. Nam Successio, quam ventilamus, adscribitur Juri Civili quoad determinationem & explicationem: Jus Naturæ siquidem non potuit in individuo & in singulari determinare & explicare, quid, quantum, & cui debeat obvenire ab intestato, sed determinationi & explicationi Legislatoris Civilis reliquit; quod faciunt textus in l. cum ratio 7. in pr. ff. de Bon. damnat. d. l. ult. Cod. Quorum bonor.
- Ad II. Resp. standò etiam in Jure Naturæ impediri potuisse, nec hæreditas personis indignis, immeritis, aut ingratas acquiratur: eum enim ex Jure Naturæ ob delictum quis privari possit bonis, jam acquisitis; à fortiori privari poterit bonis, primùm acquirendis.
- Ad III. Resp. licet nec hodie circa Successiones deesse, tamen Leges positivæ plurima statuerint, & determinaverint de Successione testamentaria & ab intestato; sicque ex litium sinistro subverti causam Successionis eliminari & subverti non posse: eum Leges non ad faciendas sed tollendas lites ferant, & lites non ex Legibus, sed perverâ Legum interpretatione vel applicatione nascantur.

§. III.

*An, qualis, & à quo probatio sit faciendâ, in Successione ab intestato Civili?*

- Q**uando de Successione defuncti agitur, & duo comparent, quorum unus hæreditatem petit ex Testamento, alter ab intestato, questionis est, an, qualis, & à quo fit faciendâ probatio? Ubi majoris perspicuitatis gratiâ frequentes assertiones pono, &
- Dico I. Quando lis est, utrum Testamentum sit conditum, nec ne, in dubio præsumitur contra Testamentum pro Successione ab intestato; proindeque Testamenti existentia probari debet. Clarissimi DD. Collegæ, D. de Wolleren cit. q. 3. num. 93. & seq. D.
- Franz ad tit. Inst. de Hered. que ab intest. n. 4. Stryck cit. dist. cap. 1. §. 60. Ratio prima partis est: quia Testamentum fuisse conditum, est facti, non Juris. Ergo in dubio præsumitur, Testamentum non fuisse conditum. Ratio alterius partis est: quia, qui factum allegat, factum probare tenetur. Sed, qui dicit, Testamentum esse confectum, allegat factum. Ergo &c.
- Neque dicas: posteriorem assertionis partem solummodò procedere. quando is, qui Successionem ex Testamento præterdit, est actor;



actor; secus, quando alius, qui Successionem ab intestato petit, officium actoris assumit: tunc enim, cum asserat, defunctum decessisse sine Testamento, asserenti probationem incumbere.

29 Contra enim est: quia, qui Successionem ab intestato petit, asserit quidem, defunctum sine Testamento decessisse, sed hæc assertio non est affirmativa, sed negativa: utpote cum reipsa dicat, Testamentum non esse conditum. Unde, cum negativa regulariter probari non possit aut debeat, absolvitur ab onere probandi, & jvatur Jure Communi, quod hæredibus ab intestato, defert hæreditatem, casu quo Testamentum non exhibetur.

30 Dico II. Quando Testamentum exhibetur, sed ab eo, qui Successionem ab intestato sperat, opponitur, Testamentum non esse legitimè conditum, opponens probare tenetur vitium Testamenti, si nullo visibili defectu laboret. Ratio est: partim quia in dubio stat præsumptio pro valore actus: partim quia, qui dicit, Testamentum non esse legitimè conditum, fundat se in negativa Juris, ac implicitè affirmat, extare requisitum Juris, quod in Testamento non erat observa-

tum, suamque affirmationem probare tenetur per textum in l. ab ea parte 5. in pr. §. 1. ff. de Probat.

Dixi: si nullo visibili defectu laboret. Nam, quia Testamentum multas solennitates desiderat, & solennitates aliàs non præsumuntur, sed probari debent arg. cap. dudum 1. de Reb. Eccles. non alienand. in 6. l. quæcumque 12. §. ult. ff. de Publ. in rem act. ideo nec Testamentum præsumitur solenne, nisi, factà oculari inspectione, defectus aliquis sensibilis non apprehendatur arg. l. ult. Cod. de Edicto D. Hadrian. toll.

Dico III. quando nec constat de Testamento, nec de qualitate hæredis ab intestato, utrum nempe sit de cognatione defuncti, & proximitate gradus potius, ac neuter in possessione hæreditatis est constitutus, utriusque probatio imponitur. Ratio est: quia uterque se fundat in factò, unus in factione Testamenti; alter in qualitate cognationis & proximitatis in gradu. Ergo uterque tenetur probare arg. cap. ex literis 3. de Probat.

Quid autem faciendum in casu, quò alteruter est in possessione hæreditatis? Exquisitè docet Clariss. D. de Wolleren cit. §. 3. n. 107. & seq.

## SECTIO II.

### De Ordine Successionis ab intestato Civilis.

#### SUMMARIA.

36. Primò ad Successionem vocantur liberi. 37. In infinitum. 38. Legitimi. 39. Legitimati per subsequens matrimonium. 40. Et aliquando per scriptum Principis. 41. & seqq. Aliud est in illegitimis. 46. Vocantur etiam nati & nascituri. 47. Mares & femina. 48. Sui & emancipati. 49. Filii & nepotes. 50. & seqq. Ostenditur diversus succedendi modus in liberis primi & secundi gradus. 54. Includuntur etiam Religiosi. 55. & seqq. Tametsi moriantur ante parentes. 61. & seqq. Novitio non succedit Monasterium, quando consanguineos habet. 66. & seq. Succedit autem in defectum consanguineorum. 68. & seq. Post liberos vocantur parentes. 70. & seqq. Qui liberi legitimis & naturalibus. 74. & seqq. Turbat mortalitatis ordine. 77. Sine distinctione bonorum. 78. Exceptio peculiaris profectio. 79. Equaliter succedunt, si sint in primo gradu. 80. Proximior excludit remotiorem. 81. Remotiores in eodem gradu

succedunt in quasi-stirpes. 82. Admittuntur cum parentibus fratres & sorores germani, ac ipsorum præmortuorum liberi. 83. Diversò tamen modo. 84. Alii post parentes primi in Successione sunt fratres & sorores. 85. Germani. 86. Et ipsorum liberi succedentes in stirpes. 87. & seqq. Examinatur & terminatur questio, num in capita succedant, quando liberi fratrum sunt soli? 91. & seqq. Vocantur deinde fratres & sorores unilaterales. 93. Post hos veniunt ceteri collaterales. 94. Fratres legitimi sibi invicem succedunt, quando transierunt in potestatem adoptantis. 95. & seq. Fratres illegitimi consanguinei sibi invicem non succedunt. 97. Bene verò uterini. 98. Et legitimati. 99. & seq. Gradus computantur civiliter. 101. Agitur de Successione Conjugum. 102. Collegiorum. 103. Fisci. 104. & seqq. Clericorum quoad patrimonialia; & 109. & seqq. Clericalia bona.

#### §. I.

### De Successione Descendentium.

36 IN Successione ab intestato Civili ponuntur diversi ordines & classes. In primo ordine juxta novissimum Jus Nov. 118. sunt legitimi, seu liberi in infinitum, tam legittimi quam legitimati, tam nati quam nascituri, cujuscumque sint sexus, potestatis,

vel gradus. His namque natura simul & parentum commune votum præ ceteris omnibus hæreditatem paternam addicere l. scripto hæred. de 7. §. 1. ff. si Tab. Test. nulla extab. 83.

Dixi I. descendentes seu liberi in infinitum. Sic enim in d. Nov. 118. cap. 1. v. sic tamen &c. cum

cum filiis & filiabus alii descendentes indefinite vocantur: proindeque qui ex numero descendendum est, est in primo ordine succedendum, quantumcumque gradu remotus existat. Harpr. ad pr. Inst. de Hæred. que ab intest. n. 69. Clariss. D. Franz ad eundem tit. Inst. n. 24. & seq.

38 Dixi II. tam legitimi, quam legitimati. Per legitimos non tantum intelliguntur legitimi & naturales simul, sed etiam legitimi tantum, hoc est, adoptati & arrogati, si adoptio vel arrogatio ante decessum adoptantis aut arrogantis soluta non fuerit §. sui autem 2. §. sed ea 14. Inst. d. 1. Stryck in 17. de Success. ab intest. differt. 1. cap. 2. §. 36. & plur. seqq. D.

39 Franz cit. l. 1. n. 32. Per legitimatos denotantur illi, qui per subsequens matrimonium evalerunt legitimi cap. tanta 6. Qui filii sint leg. d. §. sui autem 2. Nov. 89. cap. 8.

40 §. 9. Legitimati per scriptum Principis tunc demum admittuntur, quando vel liberi legitimi non existerent tempore legitimacionis imperatæ; vel, illis existentibus, Princeps in scripto specialiter ad successionem simultaneam eosdem legitimavit d. Nov. 89. cap. 9. in fin. Stryck cit. l. §. 72. & seqq.

41 Quodsi liberi sint illegitimi, ex simplici fornicatione progeniti, in casum extantium legitimum, aut uxoris legitimæ, penitus à successione remouentur, solaque alimenta ipsi arbitrio boni viri decernuntur d. Nov. 289. cap. 12. §. ult.

In casu verò deficientis sobolis & uxoris legitimæ una cum matre fornicaria in duabus solum patris naturali succedunt, quotquot fuerint d. cap. §. 4.

42 Dico patri naturali. Nam matri liberi naturales una cum legitimis æqualiter succedunt §. novissime 3. Inst. ad SCR. Orphit. nisi mater sit illustris, & liberi sint spurii, seu ex vaga libidine concepti l. penult. Cod. eod. Stryck d. l. §. 46 & §. 52. & seq.

44 Liberis porro nefariis, adulterinis, sacrilegis, intellectusis, omnis omnino via præclusa manet, non tantum ad successionem in bonis parentum, sed etiam ad alimenta petenda d. Nov. 89. cap. 15.

45 Etsi Authores probabilissimi id solum intelligant de alimentis, civiliter pro statu ac dignitate parentum acceptis; non autem naturaliter pro necessitate ad sustentandam vitam consideratis: eum, qui vitam liberis, damnatò quoque coitu, desere, teneantur eandem ex Jure Naturali per alimenta conservare l. necare 4. ff. de Agnos. & alien. lib. junctò cap. cum haberet 5. in fin. de eo qui duxit in matrim. quam polluit &c. Brun. ad Auth. ex complexu Cod. de Incess. & inutil. nupt. n. 6. Stryck cit. l. §. 56. & cap. 1. §. 10. D. Franz d. l. n. 41.

46 Dixi superius II. tam nati quam nascituri. Nam etiam nascituri pro natis habentur, quando agitur de ipsorum favore l. qui in utero 7. & 26. ff. de S. H. qualis favor haud dubie est successio §. sui autem 2. §. & licet 8. Inst. de Hæred. que ab intest.

Dixi III. cujuscumque sint sexus aut gradus. 47 Et enim femina & descendentes ex foemina in alodialibus de Jure Civili novò cum masculis æqualiter succedunt §. pen. Inst. d. 1. Nov. 118. cap. 1.

Emancipati quoque 48 seu patria potestate dimissi, eandem cum suis, in patria potestate constitutis, sortem obtinent d. Nov. cap. 1. Nepotes etiam, pro nepotes, & ceteri gradu remotiores in infinitum juxta num. 37. ad successionem patris & matris contra Juris antiqui rigorem, de quo videndus textus in d. §. pen. & in §. sed cum 1. Inst. de SCR. Orphit. vocantur; licet in modo succedendi nonnunquam sit diversitas. Si enim occurrant soli liberi primi gradus, filii & filia, succedunt in capita. d. Nov. 118. cap. 1.

Si autem cum liberis primi gradus, seu filiis & filiabus, concurrant liberi remotiores gradus, puta nepotes vel nepotes, filii & filia succedunt quidem in capita, nepotes autem & neptes succedunt in stirpes: cum representent parentes suos, & capiant illam portionem, quam cepissent parentes, si vixissent. Adeoque si defunctus reliquerit unum filium & unam filiam superstitem, & ex uno filio defuncto duos nepotes, hæreditas in 3. partes dividitur, ex quibus unam filius, alteram filia, tertiam duo nepotes accipiunt d. Nov. 118. cap. 1. §. cum filius 6. Inst. d. 1.

Sin autem liberi omnes sint secundi vel ulterioris gradus ac meri v.g. nepotes, tunc, si ex eadem stirpe hoc est, ex uno filio vel filia sint procreati, succedunt in capita; & si ex diversis sint stirpe, sive ex diversis filiis aut filiabus descendentes, succedunt in stirpes, & capiunt portionem, quæ parentibus eorum, si supervivissent, cessisset; sic, ut duo nepotes ex uno filio dimidiam partem, & unus nepos ex altero filio alteram medietatem, acquirant d. §. cum filius 6.

Equidem in linea collateralis, quando concurrunt meri fratrum diversorum filii, successio instituitur in capita: eò quòd omnes succedant jure proprio, velut dicemus in §. 3. At non ita in linea descendendum: in hac quippe, cum liberi censeantur esse domini bonorum paternorum in vita; nec tam in alienum quam suum & proprium succedere patrimonio §. sui autem 2. Inst. de Hæred. qual. & diff. hinc etiam domini sive portionis esse creduntur, eamque ad suos descendentes ante mortem parentum transmittere. Igitur in linea descendendum liberi ulterioris gradus nunquam veniunt jure proprio: sed jure representationis, ac portionem illam consequuntur, quæ parentibus, tempore successiois adhuc viventibus, debita fuisset.

Quæres I. an, si liberi Religionem ingrediantur, una cum liberis, in faculo remanentibus, æqualiter succedant?

Resp. quòd succedant æqualiter, si Religio fuerit domini capax, & ingressi in Religionem successiois paternæ specialiter non renuntiaverint. Textus in Auth. ingressi Cod. de



88. *Eccles. l. ut non liceat §. in pr. & §. 1. l. DEO nobis §. 6. §. 1. Cod. de Episcop. & Cleric. Sin autem Religio sit incapax, soli consanguinei succedunt.* Panorm. in *cap. in presentia §. de Probat. n. 62.* Illustriss. Vincentius Petra *commentar. Apostol. tr. 3. pag. 30. & seqq.*

55 Quæres II. an Monasterium succedat, quando liberi profelli moriuntur ante parentes? *V. ad n. 42.*

Abstrahendò à praxi (in qua vigere dicitur illud axioma germanicum: Das Kind ist gestorben / die Watterschaft hat ein End) sentio, sententiam affirmativam improbabilem non esse.

Ratio est: quia, si liberi viverent, Monasterium certò succederet. Ergo etiam succedit, quando liberi sunt mortui: nam jus succedendi, quod habebant liberi, fuit in Monasterium translatum: idcirco Monasterium succedit, si liberi sint mortui, si vivevi.

Confirmatur I. quia ex *num. 51.* si filius moriatur ante parentes, jus succedendi devolvitur ad ipsorum liberos seu nepotes. Ergo etiam, si filius professus moriatur ante parentes, jus succedendi devolvitur ad Monasterium: hoc enim habetur loco liberorum, eosque ob translatum jus fuitatis representat per textum in *d. cap. in presentia §. de Probat. ubi Panormit. num. 43.*

Confirmatur II. quia, si Religiosus evehatur ad Episcopatum, debet hæreditas paterna, post Episcopatum primùm delata, restitui Monasterio professionis, esto Religiosus Episcopus non amplius sit membrum civile Monasterii, prout ex *cap. n. XVIII. q. 1.* ob verba: *sed quidquid acquisierat, vel habere visus fuerat, Monasterio relinquatur*, docet P. Engel ad *sir. de Regular. num. 67.* Ergo etiam, si Religiosus moriatur, debet hæreditas paterna, post illius mortem primùm delata, restitui Monasterio, licet non amplius sit membrum illius civile.

59 Dices: filius in vita parentum magis spem habet quàm jus succedendi; quia viventis nulla est hæreditas. Ergo spem solummodo, non jus succedendi, transfert in Monasterium; adeoque si moriatur ante parentes, spes decollata est.

60 Resp. negandò antec. quia filius in vita parentum habet jus ad legitimam, utpote quæ dicitur esse liberis *debita* in *Nov. 18. in prefat. & in l. scimus §. 6. §. 2. Cod. de Inoff. Testam.* Hocque jus tantò firmius est in Religio profello, quantò minus est auferibile per exheredationem ob ingratitudinem,

etiam in sæculo commissam, ut probatum in *p. 1. cap. 1. n. 327.*

Quæres III. an Monasterium succedat Novitio, ante professionem mortuo?

Resp. I. si Novitius consanguineos habeat, Monasterium non succedere. Fachineus *lib. 6. contr. cap. 19.* Abbas in *cap. in presentia de Probat. n. 68.* Vincentius Petra *comment. Apostol. 1. 10. 3. pag. 36. num. 40. & communis.* Ratio est: quia Novitius est ab-olutus dominus rerum suarum, nec Monasterio jus aliquod competit, nisi sequatur professio. Ergo, sicut alius, qui rerum suarum est absolutus dominus, suam hæreditatem ad proximos consanguineos transmittit ab intestato, sic etiam Novitius.

Contrarium post alios tenuit Decius in *63. cap. in presentia de Probat. num. 73.* ob *Authent. ingressi Cod. de SS. Eccles. ubi dicitur, quod ingressi Monasteria ipso ingressu se suæque dediderunt DEO*; sicque Monasterium jus ad bona Novitiorum habere videtur. Sed adver-

tendum est, quòd ibidem per *ingressu* non intelligantur Novitii, sed Professii, veluti claret ex verbis sequentibus, dum subiungitur: *nec ergo de his testatur, utpote nec domini rerum: neque enim Novitius ante professionem vel jure testandi, vel dominio rerum excidit.* Quòd si tamen Novitius vel in ingressu, vel post sua bona Monasterio dedicasset, tunc ex mente Fachinei *tit. l. Panorm. in cit. cap. in presentia num. 68.* Immo *ib. n. 24.* & aliorum succederet Monasterium per textum in *sir. cap. & cap. ult. de Success. ab intest.* Sed hujusmodi successio, cum expressè defuncti voluntate deferatur, non diceretur ab intestato.

Resp. II. si Novitius consanguineos non reliquerit, Monasterium, exclusò filio, succedere. P. Engel de *Privileg. Monast. priv. 10. n. 2.* Colligitur tum ex *l. si quis 20. Cod. de Episc. & Cleric.* ubi constitutum est, in bonis quarumcumque pensionatum, Ecclesiastico servitio vel statui Religioso destinatarum, ab intestato morientium, in defectum consanguineorum, Monasteria vel Ecclesiæ, exclusò filio, succedere: tum ex *l. si quis 1. & seqq. Cod. de Hered. decur.* in quibus decernitur, bona eorum, qui sine liberis aut propinquis decedunt ex aliquo Collegio honesto & licito, non ad filium, sed Collegium devolvi: Novitii verò sunt de Collegio licito & honesto, cum forum internum & externum, contentiosum & Sacramentale, fortiantur in Monasterio. Ergo &c.

## §. II.

### De Successione Parentum.

61 IN secundo succedentium ordine & classe resident parentes, utriusque sexus, qui licet antiquis temporibus in Successione patres non fuerint, imò & frater excluderent matrem, ut constat ex *pr. & t. 1. Inst. de Scto Tertull. t. 1. ff. eod.* hodie suis liberis, legitimis

& naturalibus, si turbato mortalitatis ordine, præmorianitur, sine bonorum distinctione, cæteris agnatis exclusis, succedunt, præter fratres & sorores germanos. Textus in *cit. Nov. 118. cap. 2.* Equum nimirum cen-

sebatur, ut parentibus, quibus ex liberorum

præmatoro fato inexplicabilis inferitur dolor, ex hæreditate solatium quoddam accerscat, & beneficia maxima, quæ liberis exhibuere, alicui recognitione honorentur.

70 Dixi I. liberis legitimis & naturalibus. Nam, si liberi sint legitimi tantum, seu adoptivi in specie vel arrogati, pater adoptans vel arrogans non succedit, nisi arrogatus fuerit pubes, non-emancipatus, & sine liberis defunctus. Textus in *§. nunc autem 2. Inst. de Acquis. per arrogat. §. cum autem 3. Inst. & l. penult.*

71 *§. ult. Cod. de Adop.* Putat tamen post Stryckium de *Success. ab int. tit. r. differt. 2. cap. 1. §. 36.* Clariss. D. Franz ad *tit. r. Inst. de Hered. que ab intest. n. 67.* de jure novillimo, quò non attenditur ad patriam potestatem in Successione ab intestato, patrem adoptivum extraneum liberis adoptivis unà

72 cum parentibus naturalibus succedere. Sin liberi sine naturales tantum, pater illis in duabus uncis, mater autem in tota hæreditate succedit *Nov. 89. cap. 13.* Spiritus contra patrem ne quidem in duabus uncis, mater verò, nisi illustris sit, in tota hæreditate succedit *arg. l. maris 3. & l. si quis 5. Cod. ad Sct.*

73 *Orphis.* Liberis legitimatis tum per subsequens matrimonium, tum per restrictum Principis, parentes ab intestato indistinctim succedere, ex naturali æquitate deducit *cit. Stryck §. 49. & seq.*

74 Dixi II. si turbato mortalitatis ordine præmorianitur. Ubi notandum, quòd, si pater & filius (idem est de matre & filia) eodem naufragio vel incendio decedant, nec sciatur, quisnam alteri sit præmortuus, sequenti distinctioni locus habeatur. Nempe videndum, an filius sit pubes, vel impubes. Si pubes; præsumitur, patrem ipsi præmortuum esse *l. qui duos 9. §. 4. l. cum pubere 22. ff. de Reb. dub.* Ideoque filius patri successisse, suamque & patris hæreditatem in defectu liberorum ad matrem vel ascendentes superstitis devolvit, censetur.

75 Si filius impubes fuerit, tunc ante patrem creditur esse mortuus *d. l. qui duos 9. §. 2. & 4. l. si mulier 23. ff. d. 1.* eaque propter hæreditas filii ad patrem & matrem (si utrumque parentem habuerit superstitem defunctus impubes) simul venisse, & mortui post impuberem filium patris portio, non ad uxorem (matrem impuberis) sed agnatos vel cognatos translata fuisse reputatur. Stryck *d. l. 26 §. 5.*

Ratio disparitatis est: quòd in priori casu præsumatur id, quod ordinarium est ac naturale, ut pater filio præmorianitur; in posteriori casu præsumptio cesset: quia filius impubes ob majorem corporis debilitatem, perturbationem animi, & juvandi impotentiam citius morti succubuisse judicatur. Ita tamen præsumptio tantum est juris, & probationem in contrarium admittit per *cit. l. qui duos 9. §. 4.* Brunn. ad *ead. l. num. 5.*

77 Dixi III. sine distinctione bonorum. Displi-

cet enim illorum opinio, qui paternis ascendentes bona, per lineam masculinam ad liberos profecta, & ascendentes maternis bona, ab ascendensibus maternis per lineam maternam ad liberos translata, consignant: cum in *cit. Nov. 118. cap. 2.* generaliter decidatur, ascendentes descendensibus æqualiter succedere; & aliàs, quando bona ad liberos semel quoad dominium venerunt, amittant qualitem bonorum paternorum *arg. l. sed §. 10. §. 2. ff. de Vult. & pupill. substit.* Si tamen adit peculium profectitium, illud ad patrem, à quo provenit, non tam jure successione, quàm antiqui & nunquam amissi domini revertitur *§. item 1. Inst. per quas personas cuique acquirit.* Vinn. *select. qq. lib. 2. cap. 31.* Struv. *exerc. 8. th. 28.* Clariss. D. P. Joannes Bapt. Ebberth *p. 2. select. contr. 18. n. 7.* D. Franz *cit. tit. Inst. n. 51.*

Dixi IV. succedant, omnibus agnatis exclusis. Videndum tamen, an pater & mater, tantum ascendentes proximi, sint soli; num cum illis concurrant avus & avia, vel alii ascendentes remotiores; an verò soli ascendentes remotiores extent. Textus in *d. Nov. 118. cap. 2. in pr.* Primò casu dividitur inter patrem & matrem æqualiter tota hæreditas, aut, si vel pater tantum, vel mater inveniatur superstes, illi soli defertur.

In secundo casu rursus pater & mater, exclusis ascendensibus remotioribus, soli succedunt, esto etiam solus pater, vel sola mater supervixerit *d. Nov. 118. cap. 2.* nec datur jus representationis: utpote cum in sola descendendum & collateralium linea recipiatur, ac parodoxum credatur, ut pater representet filium. In tertio casu successio fit in quasi-stirpes, unumve semilem capientes ascendentes proximiores lineæ paternæ; alterum ascendentes proximiores lineæ maternæ; remotiores verò penitus excluduntur. *d. cap. 2.*

Dixi V. præter fratres & sorores germanos. Nam fratres & sorores germani, seu defuncto ex utroque parente conjuncti, unà cum parentibus ad successionem admittuntur *d. Nov. 118. cap. 2.*

Quin etiam ipsorum defunctorum filii & filia admittuntur, si adhuc aliqui ex fratribus & sororibus vivant (in qua hypothesi res certa est juxta disertum textum in *Nov. 127. in pref. & cap. 1.* perquam corrigitur *d. Nov. 118. cap. 2.*) si jam mortui sunt, ut colligitur tum ex rubrica tum ex majoritate rationis: quia, si fratrum aut sororū filii cum parentibus admittantur, quando fratrum aut sororum aliqui vivunt; à fortiori debent admitti, quando omnes decesserunt. Stryck *cit. l. §. 31.* Harpp. ad *pr. Inst. de Hered. que ab int. n. 387.* D. Franz ad *cit. tit. num. 54. & seq.* In modo ta-

men succedendi discrimen intercedit, dum, si soli fratres aut sorores cum ascendensibus concurrant, successio fit in capita *d. Nov. 118. cap. 2.* si verò sororum aut fratrum defunctorum liberi veniant in consortium, paren-



parentes & fratres aut sorores viventes in capita, ipsorum liberi jure repræsentationis in stirpes succedunt *d. Novell. 127. cap. 1.*

§. III.

De Successione Collateralium.

84 N tertio succedentium ordine seu classe se offerunt collateraliales, ex quibus post liberos & parentes primò vocantur fratres & sorores germani unà cum fratribus aut sororibus prædefunctorum liberis.

85 Dixi I. fratres & sorores germani: hos enim ob dupliciter vinculi fratribus & sororibus uterinis aut consanguineis in successione alodialium præposuit Imperator in *cit. Nov. 118. cap. 3.*

86 Dixi II. unà cum fratribus aut sororibus prædefunctorum liberis. Cùm enim repræsentent suos parentes, ex benignitate Imperatoria illis concessa est facultas, exclusis fratribus & sororibus consanguineis, aut uterinis, unà cum fratribus & sororibus germanis (qui succedunt in capita) in stirpes succedendi, & capiendi portionem, quæ ipsorum parentibus, si vixissent, obvenisset *d. Nov. cap. 3.* Si tamen omnes fratres & sorores obijissent, ac soli liberi ex illis procreati viverent, puta ex uno fratre mortuo duo, ex altero tres, ex sorore quatuor, quæstio non ignobilis exurgit, an succedant in stirpes, & fiant 3. portiones; an verò in capita, & fiant 9. portiones? Ego cum veriori sententia distinguo intercalum, quò existunt fratres aut sorores unilaterales; & quò nemo ex illis superest. Si existant; succedunt in stirpes. Stryck *differt. 3. cap. 1. §. 18.* Ratio est: quia fratres & sorores unilaterales non possunt excludi à fratribus & sororibus præmortuorum filii, nisi beneficiò juris repræsentationis: cùm illi de Jure Civili gradum secundum, isti tertium ex persona propria contineant. Sed, ubi succedunt jure repræsentationis, succedunt in stirpes per *cit. Nov. 118. cap. 3.* Er-89 go &c. Si nemo superest; succeditur in capita. Stryck *d. l. §. 9.* Eachin. *lib. 6. contr. cap. 3.* Vinnius *sel. 3. q. lib. 2. cap. 30.* Clariff. D. Franz *cit. l. n. 79.* Ratio est: quia si statutum habetur non tantum in Jure Novissimo Imperii Romano-Germanici per Receptum de Anno 1529. §. 31. sed etiam in Jure Communi Veteri per textum apertum *l. 1. post consanguineos 2. §. 2. ff. de Suis & Legit. hered. qui per cit. Nov. cap. 3.* non est correctus, dum jus succedendi in stirpes fratrum & sororum liberis tunc solum tribuitur, quando cum propriis thiois, hoc est, patris aut avunculis, vocantur: adeoque, si soli sint, cum veniant jure proprio, nec indigeant jure repræsentationis aut speciali beneficiò Legis, non seuc ac alii collateraliales, in eodem gradu possint succedere in capita.

87 laterales; & quò nemo ex illis superest. Si existant; succedunt in stirpes. Stryck *differt. 3. cap. 1. §. 18.* Ratio est: quia fratres & sorores unilaterales non possunt excludi à fratribus & sororibus præmortuorum filii, nisi beneficiò juris repræsentationis: cùm illi de Jure Civili gradum secundum, isti tertium ex persona propria contineant. Sed, ubi succedunt jure repræsentationis, succedunt in stirpes per *cit. Nov. 118. cap. 3.* Er-89 go &c. Si nemo superest; succeditur in capita. Stryck *d. l. §. 9.* Eachin. *lib. 6. contr. cap. 3.* Vinnius *sel. 3. q. lib. 2. cap. 30.* Clariff. D. Franz *cit. l. n. 79.* Ratio est: quia si statutum habetur non tantum in Jure Novissimo Imperii Romano-Germanici per Receptum de Anno 1529. §. 31. sed etiam in Jure Communi Veteri per textum apertum *l. 1. post consanguineos 2. §. 2. ff. de Suis & Legit. hered. qui per cit. Nov. cap. 3.* non est correctus, dum jus succedendi in stirpes fratrum & sororum liberis tunc solum tribuitur, quando cum propriis thiois, hoc est, patris aut avunculis, vocantur: adeoque, si soli sint, cum veniant jure proprio, nec indigeant jure repræsentationis aut speciali beneficiò Legis, non seuc ac alii collateraliales, in eodem gradu possint succedere in capita.

89 Nec impedit, quòd in *d. Nov. cap. 3.* statuat, à fratribus filii etiam thios seu patruos & avunculos defuncti, de cujus hereditate agitur, excludi, tamen in eodem gradu tertio in stirpes succedunt *d. Novell. 127. cap. 1.*

tionis in stirpes succedunt *d. Novell. 127. cap. 1.*

§. III.

De Successione Collateralium.

gradu tertio cum fratribus defuncti liberis sine constituti. Nam hoc idèd statutum, quo liberi fratrum utuntur jure repræsentationis, sed quia sunt positi in linea quasi descendentiæ, & ita patruos defuncti, in linea quasi ascendentiæ collocatos, excludunt; eò quòd hereditas suapte natura promptius descendere quàm ascendere contineverit.

Secundò locò post fratres & sorores germanos eorumque liberos primi gradus ad hereditatem vocantur fratres & sorores unilaterales, consanguinei & uterini, unà cum fratribus & sororibus prædefunctorum liberis, eadem ratione & modò, quò fratres & sorores bilaterales seu germani eorumque liberi primi gradus *d. Nov. cap. 3.* Nec faciendà erit hodie distinctio inter bona, & acquisita à patre fratri consanguineo, acquisita à matre fratri uterino poterunt assignari: cùm in *cit. Nov.* fratribus uterinis & consanguineis sine distinctioe tribuatur hereditas fraternalis, quæ, post commixtionem bonorum, à matre vel patre profectorum, dicitur esse proprium filii patrimonium. Fachin. *6. contr. cap. 5.* Vinn. *d. lib. 2. cap. 31.* D. Franz *d. l. n. 82. & seqq.* contra Harpp. *ad pr. Inst. eod. n. 442.* Brunnen. *ad l. de emancipatis 13. Cod. de Legit. hered. n. 2. & alios.*

Tertiò locò post omnes fratres cæteri collaterales in *cit. Nov. cap. 3. & 4.* absque distinctione inter agnatos & cognatos (quà isti debebant olim illis cedere *§. ceterum 3. Inst. de Legit. agnator. success.*) sine fine & numero vocantur; sic tamen, ut, qui in proximiori gradu defuncto conjunctus est, omnibus anteponatur; & si plures in gradu, seu agnationis seu cognationis, sint pares, æqualiter & in capita admittantur; si ve agnatio vel cognatio ex bilateralis vel uniterali vinculo proveniat. Stryck *cit. l. §. 26. & seqq.*

Hæsitabis I. utrum fratres legitimi tantum sibi invicem succedant?

Resp. ipsos succedere, si transierint in potestatem adoptantis vel arrogantis patris, nec ante mortem fratris adoptivi præcesserit emancipatio *l. post emancipationem 2. §. 3. ff. de Suis & Legit. hered. l. pen. §. 1. & ult. Cod. de Adop.*

Hæsitabis II. an fratres illegitimi & legitimi vocentur ad reciprocam successione?

Resp. I. fratres illegitimos consanguineos, hoc est, ex diversa matre, sed eodem patre secundum naturam per illegitimum concubitum procreatos, nec sibi invicem nec aliis succedere. Stryck *cit. l. §. 35.* Ratio est: quia nec agnati sunt, nec cognati. Non prius: cùm agnatio ex solis justis nuptiis oriatur *§. si adversus ea 1. Inst. de Nupt. §. vulgò*

*§. vulgò questio 4. Inst. de Success. cognat. l. si spurius 4. ff. Unde cognati.* Non posterius: quia cognatio per matrem (quæ hic diversa fuit) contrahitur *d. §. vulgò questio 4. &c.*

97 Resp. II. fratres illegitimos uterinos, ex eadem matre, diversò tamen vel etiam eodem patre (germani enim ob defectum patris Legis nequeunt appellari per *d. l. si spurius 4.*) genitos, tum sibi invicem tum, cognatis per matrem succedere; si germani fratres legitimi non adsint. Stryck *d. l. §. 36.* Textus in *l. hac parte 2. d. l. si spurius 4. ff. Unde cognati.* Ratio est: quia jus cognationis per matrem, quæ certa est, assequuntur.

98 Resp. III. fratres legitimos per subsequens matrimonium cæteris in successione pares reputari per dicta in *num. 39.* legitimos per rescriptum Principis sibi invicem quòd succedere, non tamen fratribus legitime natis, nisi legitimi fuerint, antequam illi in rerum natura extiterint, vel alii fra-

tres legitimi non extent. Stryck *d. l. §. 40. & seqq.*

Hæsitabis III. quomodò gradus agnatio-99 nis vel cognationis computentur, an secundum Jus Civile; vel Canonicum?

Resp. computationem in utroque foro, Civili & Ecclesiastico, fieri secundum Jus Civile, adèd ut in omni linea respiciatur ad generationes vel personas, totque sint gradus, quot generationes, vel personæ, stipite demptò. Ita P. Engel *ad cit. de Success. ab intest. num. 21.* P. König *ad lib. 4. Decret. tit. 24. p. 1. §. 6. n. 14.* D. Franz *ad cit. tit. de Hered. qua ab intest. n. 108.* Ratio est: quia materia successions est materia adiaphora, in qua Jus Canonicum nihil separatum vel diversum à Jure Civili constituit, sed suam computationem graduum solummodò determinavit pro matrimonio. Subintrat ergo trivialis regula, quòd Sacrorum Imperii Canonum Principum constitutionibus adjungatur *cap. intellectusimus 1. de N. O. N.*

§. IV.

De Successione Conjugum, Collegiorum, & Fisci.

101 Nonnunquam ad Successionem ab intestato de Jure Civili admittitur uxor, quando matrimonium fuit indotatum, maritus defunctus locuples, & uxor superstes inops: tunc enim succedit unà cum liberis in quarta bonorum, si tres vel pauciores fuerint; aut in portioe virili, si plures extiterint, sed quòd usufructum duntaxat ad dies vitæ. Nov. *§. 3. cap. 6.* in *pr. Nov. 117. cap. 5.*

102 Præterea post consanguineos & cognatos ad Successionem, præ Fisco, admittuntur Collegia licita, legitimè auctoritate instituta, quando unus de Collegio decedit *tot. tit.*

*Cod. de Hereditat. Decurion. Pulchrè Gonzalez ad cap. sed & hoc 1. de Success. ab intest. num. 5.*

Demùm, si nullus alius appareat hæres ab intestato, in bonis hereditariis, tanquam vacantibus, succedit Fiscus, seu Arsenalium & Camera Principis *l. vacantia 4. & seq. Cod. de Bon. vacant. quòd casu Fisci nomen & officium veri hæredis suscipere, demonstrat Miller ad Struv. exercit. ad pand. 38. th. 42. l. d.* Si tamen dubius emergat casus, non erit incivile, contra Fiscum respondere *l. non puto 10. ff. de F. F.*

§. V.

De Successione Clericorum.

104 Quæ præmissa sunt de Successione, sunt etiam communia Clericorum Successioni, quando est sermo de bonis patrimonialibus vel quasi: sicut enim de illis possunt ad profanas quoque causas pro libitu disponere *ex p. 1. cap. 1. num. 78.* sic etiam, si decedant sine prævia dispositione, hæredes profani in ejusmodi bonis, sicut in aliis bonis suorum agnatorum aut cognatorum, succedunt per *cap. ult. XII. q. 5. & cap. investigandum 1. de Pecul. Clericor. ubi Abbas num. 1. Barbosa n. 2. Zoëfl. ad rit. de Success. ab intest. n. 1. P. Engel ib. n. 20.*

105 Quòd si Clerici, in sacris constituti, reliquerint liberos illegitimos, post Ordines sacros primùm conceptos & natos, illi non succedunt in bona patrimonialia vel quasi parentum Clericorum: cùm sint geniti ex commercio sacrilegò, quibus præter alimentum nihil debetur juxta *n. 45. & l. sacris Canonibus 45. Cod. de Episcop. & Cleric. Panormit. in cap. P. SCHMELER JURISPR. CAN. CIV. TOM. II.*

*per venerabilem 13. Qui filii sint legit. n. 22. P. Engel d. l. n. 21.*

Clerici, qui, nullis consanguineis post se relicti, moriuntur, succedit Ecclesia, in qua beneficium habuerunt *d. cap. ult. XII. q. 5. cap. quicumque 2. eod. q. 3. cap. sed hoc 1. de Success. ab intest. ubi Abbas num. 2. & 5. Barbosa num. 2.* König *eod. cit. n. 21.* Ratio est: 107 tum quia Clericus beneficiatus Ecclesiam, in qua beneficium obtinet, in uxorem quasi accepit, cui, exclusò fisco, datur successio prætoria: tum quia, si Collega succedat Collegæ, succedit etiam Ecclesia Beneficiario *l. si quis presbyter 20. Cod. de Episcop. & Cleric.* Sit 108 beneficium non habuerit Clericus, succedit denique fiscus Ecclesiasticus, seu Camera Episcopalis, prout cum Authoribus citatis tradunt P. Wiefner *ad cit. rit. num. 18. P. Reiffenstuel num. 63. & Canonistæ communiter.*



- 109 Quantum ad bona Clericalia, seu prospectu Ecclesie quaesita, illa remanent penes Ecclesiam, unde provenerunt, exclusis haeredibus ab intestato *cap. investigandum 1. cap. ut unusquisque 3. cap. ult. de Pecul. Clericor. cap. quorundam 1. cap. relatum 12. de Testam. & ibi*
- 110 DRES unanimiter. Et, si defunctus beneficium in diversis Ecclesiis habuerit, inter Ecclesias, juxta proportionem reddituum, ex singulis beneficiis perceptorum, dividuntur bona relicta *d. cap. relatum 12. in fin. P.*
- 111 Engel *cit. l. num. 22.* Et, si Clericus, praeter redditus beneficiales, habuerit bona patrimonialia vel quasi, nec sciatur, quarum ad beneficialia vel patrimonialia sint referenda, inter Ecclesiam & haeredes ab intestato dividuntur. Panormit. in *d. cap. ut unusquisque 3. de Pecul. Cleric. num. 3.* Vivian. in *d. cap. relatum 12. de Testam. in f. P. Westner d. l. num. 22.*
- 112 Nec adversatur hucusque dictis *cap. sancto 2. de Success. ab intest. ubi sine discrimine bona Clericorum decedentium in 4. partes distribui jubentur, quarum una Episcopo, altera*

Ecclesiae, tertia pauperibus, & quarta parentibus obvenit. Loquitur enim de servo, praecedente manumissione. juxta veterem morem in Presbyterum ordinato, cujus peculium non cecebat patrono, sed in 4. partes distribuebatur, ut explicant P. Engel *d. n. 22.* Gonzalez ad *idem cap. n. ult.*

De consuetudine, qua Clericis ab intestato confanguinei succedunt in bonis beneficiis, repeti possunt, quae superius in *num. 1. cap. 1. a. n. 88.* de consuetudine testandi ad causas profanas attulimus. De Spolio, quod ejusmodi bona rapiuntur ad fiscum Ecclesiasticum vel alias personas, videatur P. Westner *d. l. n. 24. & seq.*

Supereffent aliae aliarum personarum Successiones, nempe patronorum in bonis libertorum *t. r. Inst. de Success. liberr. item servorum & eorum, quibus bona ex causa libertatis addicuntur; t. r. Inst. de eo cui libertatis causa &c.* Sed istae non amplius in usu sunt, ut nec illae, quae antiquitus per bonorum venditiones erant introductae *t. r. Inst. de Success. sublat.*

SECTIO III.

De Effectu Successionis ab intestato Civilis, & contrariis.

SUMMARI A.

115. Inducitur effectus Successionis ab intestato. 116. & seq. Haereditas, Religio delata, acquiruntur immediatè Monasterio. 119. Satis-

fi instantia de donatione. 120. & seq. Suggestentur remedia, haereditas ab intestato competentia. 124. Tanguntur contraria.

§. I.

Qualiter ab intestato deferatur haereditas de Jure Civili?

- 115 Effectus Successionis ab intestato ferè talis est, qualis est Successionis ex Testamento; nempe acquisitio, aditio, & transmissio haereditatis, unà cum beneficiis Juris deliberandi & inventarii, de quibus in *cap. 1. sect. 6. §. 1. & 2.*
- 116 Unicum, quod in *cit. loc.* potuisset moveri, sed commodius in praesentem locum est reservatum, restat discutendum: an, si Religiosus sit haeres ab intestato, haereditas immediatè acquiratur Monasterio, vel mediatè, praevis nimirum acceptatione & aditione Religiosi? Auctores pro utraque sententia referunt Clariss. Viri, D. Rudolphi p. m. *Cent. Pall. Tog. q. 62.* D. Braun p. m. in *rr. de Domin. cap. 5. §. 4. n. 19.* D. Franz ad *cit. rit. Inst. de Haer. qua ab int. n. 15.* Cum quibus & Eminentiss. Card. de Luca de *Succession. dist. 30. num. 27.* nec non Vincentio Petra *com. men. Apost. to. 3. pag. 33. à num. 21.* sententiam, quae immediatam acquisitionem Monasterii propugnat, jam antehac in S. Rota Romana in *Recent. p. 9. to. 1. decis. 289. n. 13. & p. 8. to. 2. dec. 728. num. 9.* probatam, ex duplici capite probabiliorem censeo: I. quia

Religiosus post suam professionem in particulari persona est incapax omnis juris temporalis; & econtra totum jus, quod habet, vel habiturus est, sicque etiam jus acquirendi vel adeundi haereditatem, acquiritur Monasterio. II. quia aditio haereditatis, à Religioso facta, nil prodest Religioso; & repudiatio nil nocet Monasterio: cum hoc repudiata ab illo haereditatem non minus quam pater haereditatem, à filiofamilias recusatam, adire possit *arg. l. ult. in pr. Cod. de Bon. que lib.* A deoque rectius jus adeundi & acquirendi immediatè Monasterio tribuitur.

Eidem, quae Religioso in particulari donantur, non prius acquiruntur Monasterio, quam ille acceptaverit. Sed hoc ideo: quia donatio, tanquam species pacti, ut perfecta sit, requirit consensum donantis & donatarii. At successio haereditaria, si testamentaria sit, defertur consensu & voluntate solius testatoris; & si ab intestato sit, defertur autoritate solius Legis. Ergo statim jus succedendi post mortem defertur Monasterio sine voluntate & facto Religiosi.

§. II.

§. II.

Quenam remedia competant haeredi ab intestato?

- 120 UT haeres ab intestato possit cum effectu acquirere haereditatem, adinstar haereditatis testamentarii habet tum petitionem haereditatis *l. haereditas 1. l. veluti §. 3. ff. de Haer. petit. tum interdictum quorum bonorum l. si ex edicto 2. & l. seq. Cod. Quorum Bonor.* ubi
- 121 prolixè Brunnem. Remedium autem ex Edicto D. Hadriani, cum Testamentum supponat, vix locum habere potest ab intestato; potest tamen implorari nobile Judicis officium, ut quis bona haereditaria consequatur. Harpprecht ad *pr. Inst. de Haer. qua ab intest. num. 513.*

Quodcumque tamen ex hisce remediis assumatur, praeter qualitatem haereditis ab intestato & gradus proximitatem, de qua in *num. 33. & seq.* etiam mors illius, cujus haereditas petitur, est probanda unò ex ii modis, quos praescribit Stryck in *rr. de Success. ab intest. dist. 10. cap. 6. per tot. P. König ad tit. de Success. ab intest. n. 25.*

Quoddi plures sint haeredes ab intestato superest actio familiae hercundae ad dividendam haereditatem, de qua in *tract. III. cap. 6. sect. 3. §. 2. & 3.* quin & remedia ad collationem faciendam, de qua statim in *sect. seq.*

§. III.

Quenam sint contraria Successioni ab intestato?

- 124 Contraria Successioni ab intestato sunt partim incapacitas, partim indignitas haeredum, de qua nonnulla sunt dicta in p. 1.

*cap. 1. §. 3. & 4.* & ampliora habentur apud Stryck *cit. rr. dissert. 12. per tot. D. Franz ad tit. de Haer. qua ab int. à n. 111.*

SECTIO IV.

De Collatione Bonorum.

SUMMARI A.

125. Collatio juxta Jus vetus notatur. 126. Describitur sive novo. 127. Requiritur lucrum. 128. Praefertur à parentibus. 129. Quibus succeditur. 130. & seq. à solis liberis, non item à parentibus aut fratribus coniungit. 136. & seq. Illius diversitas quoad modum conferendi. 139. & seq. Agitur de collatione dotali. 143. Donationis propter nuptias. 144. & seq. Donationis simplicis. 147. & seq. Lucri acquisiti ex peculio profeclitio vel industria & labore. 150. Solutio

patre pro filio delinquente. 151. Bona adventitia eximuntur à collatione. 152. Item castrensis. 153. Vel quasi-castrensis. 154. & seq. Item sumptus studiorum. 156. & seq. Sumptus in officium non-vendibile vel transmissibile ad haeredes. 159. Item rei, non amplius existentes, ac sine culpa consumpta. 160. & seq. Remedia pro collationis faciendae praescribuntur. 163. & seq. Effectus collationis jam facta indigitatur. 166. & seq. Duo quasia.

§. I.

Quid sit Collatio?

- 125 DIXI in *num. 123.* inter plures haeredes, ab intestato venientes, locum esse remediis ad collationem bonorum faciendam. De hac igitur nonnihil plura dicturus, initio statim praemoneo, quod olim in sola Successione ab intestato fuerit observata; nam ea, quae liberis ex iudicio patris obveniebant, onus collationis, nisi pater expressè injunxerit, non sustinebant *l. si filia 3. l. pater 6. ff. de Don. collat. Vinn. in tract. de Collat. cap. 9. num. 1.* postea verò ad quamlibet successionem extensa legatur in *l. emancipatos 1. l. filiam 7. Cod. de Collat. Nov. 18. cap. 6.* Stryck de *Success. ab intest. dissert. 11. cap. 1. §. 8. in f.*
- 126 Definitur Collatio, secundum Jus recentius considerata, à Strycko *d. l. §. 6.* quòd sit lucra, à vivo parente, cui succeditur, profecto, vel eidem acquisiti, aequaliter dividendi, in communem haereditatem à liberis facta illatio.

Dixi I. lucra; nec gratis sic dixi: tametsi enim alii velint, collationem respicere res proprias conferentium; attamen, quia non omnis res propria collationi subjacet, veluti patet in peculio adventitio & castrensi ex *l. ult. Cod. d. s.* hinc meliùs dicitur, collationem verbari circa lucrum, seu res, ex quibus liberi facti sunt lucupletiores.

Dixi II. à vivo parente profecto vel acquisiti. Nam, quae liberis post mortem parentis acquiruntur, ab onere collationis exempta manent, *l. hic titulus 1. §. 19. ff. l. nec emancipatis 15. Cod. d. e. l. quantam 29. Cod. de Inst. test. Clariss. quondam Facultatis nostrae Collega, D. Joan. Bapt. Moser de *Collat. cap. 3. n. 1.**

Dixi III. cui succeditur. Ut insinuarem, Jure noviori nullam distinctionem inter parentes occurrere, sed tantum ad Successionem attendi, ac lucra illius, cui succeditur, non autem alterius, conferri à ut liberis *17. l. ult. Cod. cod.*



130 Dixi IV. *equaliter dividendi*. Hic namque præcipuus Collationis est finis, ut æqualitas inter liberos fervetur, & uni non plus quam alteri acquiratur per textum in *Nov. 18. cap. 6. & Nov. 22. cap. 48.*

131 Dixi V. *à liberis*. Ubi pro regula servandum est, quod soli liberi seu descendentes inter se invicem, quando hæredes existunt ascendentibus, conferre teneantur. Textus in *h. ut liberis 7. Cod. de Collat. l. ult. Cod. Commun. utriusque Fnd. D. Moser d. l. cap. 2. num. 1. Lauterbach ad cit. tit. ff. de Collat. §. 5. Unde nec parentes tenentur conferre, quando liberis succedunt; nec fratres, quando ad hæreditatem fratris concurrunt. Lauterb. d. l. §. 6. & 7. Vinn. *cit. tit. de Collat. cap. 5. num. 1. 2. & 3. Stryck cit. dissert. 11. cap. 2. §. 18. & seq. Eckold ad cit. tit. ff. de Collat. §. 9. D. Moser d. l. à n. 86.**

132 *Siquidem de Jure Veteri* ascendentes æqualiter non succedebant; collateralibus vero hæreditas erat prorsus inæbita: proindeque cessabat fundamentum collationis, in æqualitate scilicet. Et quia Jure moderno nihil in hoc puncto reperitur immutatum, imò plerique textus de concursu descendenti, inter quos singulariter spectatur æqualitas, loquuntur; soli descendentes sibi invicem conferunt. Sitamen, ut ante memini, hæredes sint: si quid enim à patre vel matre titulo singulari vel inter vivos vel in ultima voluntate acceperint, hæredes tamen instituti non fuerint, ad collationem non tenentur *l. hic titulus 1. §. 7. ff. de Collat. d. l. à n. 86.*

133 *Imò, licet descendentes fuerint hæredes, attamen Jure Veteri tantum emancipati conferbantur*, quando cum suis ad Successionem veniebant *d. l. hic titulus 1. in pr. & §. 5. ff. l. si emancipati*

9. *Cod. d. t. quamquam Jure Noviori aliter sit dispositum, & descendentes ad collationem obligentur, si sint emancipati, si sui; & si isti vel illi fuerint soli, si concursu simultaneò convenierint l. filia 4. l. filia licet 12. l. ut liberis 17. Cod. d. t. Nov. 18. cap. 6.* Ut nempe, cum spectata naturâ non habeatur discrimen inter suos & emancipatos, in Successione quoque discrimen non observetur. Quâ ratione etiam naturales, si matri succedant, & legitimi tantum, ad collationem obstringuntur per *cit. l. ut liberis 17. & d. l. hic titulus 1. §. 14. Lauterb. ad d. t. §. 8. D. Moser d. cap. 2. à n. 23.*

Dixi VI. *in communem hereditatem factâ* illatio. Fit autem hæc illatio tripliciter, I. *realiter*, quando scilicet res extat, & in communem hereditatis massam actualiter importatur; idque regulariter fieri debet per textum in *d. l. hic titulus 1. in pr. l. Prætor 3. §. 3. ff. de Collat.*

II. *virtualiter* seu æqualiter, quando res non importatur actualiter & physice, sed ille, qui conferre tenetur, minus accipit ex massa communi, tantumque in æstimatione acquirendum relinquit alteri, quantum ille jam antecesserit accepit; quod fit, si res divisionem non patitur, aut non amplius extat, aut coheredum nihil interfit, aut uni debitum remittitur *d. l. hic titulus 1. §. 12. ff. l. dotis 5. Cod. d. t. Lauterb. cit. l. §. 21. notans, hodie res ipsas plerumque non conferri.*

III. *cautionaliter*, quando quis caveat, se collaturum bona, ubi ad collationem fuerit obligatus, ne interim, dum de collatione litigatur, cum coheredum præjudicio differatur divisio *d. l. hic titulus 1. §. 9. 10. & 13. ff. de Collat. Vinn. d. l. cap. 16. num. 6. & 7.*

§. II.

Quales res & bona conferri debeant?

139 **O**bjectum Collationis ex *num. 127.* consistit lucrum, à vivo parente ad liberos profectum. Et hinc I. conferenda est dos profectitia, quam pater filix sibi succedenti, dedit *l. quamquam 1. in pr. & r. e. ff. de Dor. collat. aut quam avus aut alius intuitu filii concessit nepti arg. l. profectitia 1. §. 1. & ff. de Jure Dor.* Quam verò mater constituit dotem, filia non confert, ubi succedit patri, sed tantum si matri succedat: eò quod lucrum sit ex matre, non ex patre, profectum per *l. ut liberis 17. l. illam merito 14119. Cod. de Collat.*

Similiter conferenda sunt ornamenta & vestimenta nuptialia, & quæcumque à parentibus in liberos ad instruendam vel sublevandam œconomiam deveniunt. Moser de *Collat. cap. 3. §. 6. n. 17. non. Idem tantum, quòd accessoria sint dotis; sed etiam quòd filiam reverà locupletiore faciant, ac non tam ex pietate patris (sicut alimenta & vestimenta, domi concessa) quam ex liberalitate tribuantur. Stryck de *Collat. 142 cap. 4. §. 10. & 12.* Aliud est tum de*

sumptibus, in nuptiale convivium impensis, ex quibus filia non evadit ditior. D. Moser d. cap. 3. §. 6. n. 17. tum de donis & muneribus nuptialibus, quæ filia non à parentibus, sed ab extraneis consequitur, sique lucrum, à parentibus profectum, non censetur. Vinn. de *Collat. cap. 13. num. 1. Stryck cit. l. §. 8. & 9.*

II. confertur donatio propter nuptias seu *143* contrados, à parente, cui succeditur, filio constituta *d. l. ut liberis 17. d. l. illam merito 4. illud sint 20. §. 1. Cod. de Collat. est enim consimilis doti, ejusque naturam & qualitatem participat. Moser cit. l. n. 2. Lauterb. ad cit. ff. de Collat. dot. §. 11. Gail lib. 2. obs. 78. n. 2.*

III. confertur donatio simplex: sic enim *144* verior mihi sententia, quam egregie stabilit Stryck *cit. cap. 4. §. 14.* tenet tam in liberis emancipatis ob textum in *d. l. ut liberis 17. in f.* quam in suis ob textum luculentum in *l. si donatione 13. Cod. d. t. & rationem, quòd, licet donatio simplex inter patrem & liberos sit nulla; ea tamen per mortem ita convalescat,*

lescat; ut statim in vita patris valida fuisse retrò præsumatur *l. donationis 25. vers. si vero 145 Cod. de Donat. inter vir. & uxor.* Non obstante textu alio in *l. filia 18. Cod. Famil. hereticæ.* quem Stryck ad Jurium concordiam sic explicandum existimat, ut, si pater filix suæ rem quandam in vivis comparaverit, eam filia post mortem paternam quoad substantiam habeat præcipuum; virtualiter tamen & *146* æquivalenter conferre teneatur. Excipitur donatio remuneratoria ob singularia filii merita, quæ, si talia sint, ut necessitatem remunerandi secum trahant, induunt qualitatem & proprietatem negotii onerosi, ac necessitati collationis subtrahuntur. Lauterb. ad *cit. tit. de Collat. §. 18.*

IV. confertur lucrum, quod filius ex peculio profectio, tanquam re patris, acquisivit *arg. §. igitur 1. Inst. Per quas personas &c. & l. cum oportet 6. in pr. Cod. de Bon. que lib. Stryck d. l. §. 19.* Quòd si pater filio dederit pecunias quasi-mutuas, eumque hiice pecuniis negotiari permiserit, lucrum ad filium spectat, nec plus ad patrem & futuram collationem pertinet, quam usura, ex pecuniis mutuis alioquin solvenda. Stryck d. l. Ex propriis operis, labore, & industria si quid filius comparaverit, id reputatur inter adventicia bona per textum in *d. l. cum oportet 6. in pr. Cod. de Bon. que lib. ideòque collationi non subiacet l. ult. Cod. de Collat. Stryck d. l. 149 §. 20. in cujus fin. docet, filio præcipuum, aliquòd competere, quando utiliter domi gessit negotia patris, &c. cum interim operis suis alibi lucrum quærere potuisset, eum patre dimittere nolit, aut salarium promittit. Vid. D. Moser de *Collat. d. cap. 3. num. 22. & seq.**

V. confertur, quod pater solvit pro filio delinquente: quia ex una parte filius per ejusmodi impensas eatenus censetur esse locupletior factus, quatenus à pœna vel pecuniaria vel corporali fuit liberatus; ex altera vero parte delictum inducit præsumptionem necessitatis, & conjecturam pietatis paternæ ac condonationis excludit *arg. l. rem legatum 18. in f. ff. de Adm. leg. Vinn. de Collat. cap. 13. num. 10. Stryck d. l. cap. 18. Moser d. l. §. 4. num. 3. & seq.*

Contra à collatione libera sunt I. bona adventicia quoad proprietatem, quæ non ad patrem sed liberos pertinet *d. l. ut. Cod. de Collat.* Et si quoad usufructum, qui patris est, nulla sit immunitas, nisi pater eundem statim ab initio in gratiam liberorum repudiaverit aut remiserit per *cit. l. oportet 6. §. 2. vers. fin. autem &c. Cod. de Bon. que lib. Vinn. d. l. cap. 11. n. 4. Stryck d. l. §. 3.*

II. libera sunt bona castrensia sepe *d. l. ut. Cod. de Collat.* quòd pertinent non solum res, in militia acquiruntur, sed etiam à parenti-

bus filio, in bellum eunti, donatæ, aut, ut militiam instrueret, seque armaret, concessæ; dummodò mobiles fuerint per *l. si mulier 3. l. miles 4. in pr. ff. de Castrens. pecul. l. si filius familiaris 4. Cod. Famil. hereticæ. Moser d. cap. 3. num. 62.*

III. libera sunt bona quasi-castrensia, seu *153* intuitu militiæ togatæ ac Clericatu, Artibus liberalibus, Officio aulico, Affectu, Notariatu &c. comparata *l. hic titulus 1. §. 15. ff. 154 de Collat.* quorum etiam referuntur sumptus studiorum (quò nomine non tantum alimenta, sed etiam libri, ad studia necessarij, quin & expensæ pro Gradibus Academicis intelliguntur. Stryck in *dissert. de Collat. cap. 3. §. 9. & 17.*) quos à collatione exemptos esse, clarè decernit in *l. que pater 10. ff. Famil. hereticæ.* Nisi probari possit, quòd à patre crediti animò sint erogati *d. l. ut filius aliunde bona materna vel alia adventicia habuerit, quo in casu, cum alimentandi necessitas cesset l. si quis 5. §. 7. ff. de Agros. vend. vel alend. lib. cessat etiam præsumptio donationis, ut contra alios probat Stryck de Collat. cap. 3. §. 21. aut studia ex desidia vel pertinaciâ, priusquam absolveret, deseruit. Stryck d. l. §. 20. Vid. D. Moser *specie cit. cap. 3. §. 1. à n. 47.**

IV. libera sunt bona seu res & sumptus, quos pater impendit ad emendam filio *156* litiam, seu officium; sed cum distinctione: quòd enim est vendibile vel ad hæredes transmissibile, collationem non respicit; ita quidem ut, si pater ipsem officium emerit, illius pretium juxta æstimationem, à tempore mortis desumendam, conferatur; sin vero pecunias duntaxat, ex quibus filius officium emerit, subministraverit, conferantur pecuniæ per textum in *l. omni modo 30. §. 2. Cod. de Inst. testam. l. illud sane 20. in pr. Cod. de Collationib. ubi Brunnen. num. 1. & seqq. Vinn. de Collat. cap. 13. num. 20. Moser d. cap. 3. n. 87.* Aliud est de officio non *157* vendibili vel transmissibili, cujusmodi plerumque est dignitas seu officium nobilissimum: tale siquidem à collatione jam pridem exemptum erat in *l. hic titulus 1. §. 16. ff. d. t. Stryck 158 ubi supra cap. 3. §. 16. Moser d. l. n. 93.* qui etiam in *num. 99.* optimè docet, sumptus, pro consequendo beneficio Ecclesiastico, vel invendibili vel transmissibili, factos, non conferri; conferri tamen bona, quæ patre assignat pro titulo mensæ, utpote vendibilia & transmissibilia, tradit in *n. 98.*

V. libera sunt bona & res, quæ, licet alio *159* quin conferri deberent, attamen non amplius extant, sed casu vel sine culpa & lucro illius, qui tenetur ad collationem, destructa vel consumpta fuere *d. l. hic titulus 1. §. 23. l. cum emancipati 2. §. 2. ff. de Collationib. Stryck cap. 6. §. 2. & seqq. Moser cap. 7. num. 10.*

